Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non
operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Sed
hillo. t. Ascendente ihesu in na- Math.
uiculam. secuti sunt eum discipuli eius. Et
ecce motus magnus factus est in mari. ita
ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero
dormiebat. Et accesserunt. et suscitauerunt
eum dicentes. Domine. salua nos perimus. Et dicit
eis. Quid timidi estis modice fidei. Tunc sur-
gens imperauit uentis et mari. et facta est tran-
quillitas magna. Porro homines mirati sunt
dicentes. Qualis est hic. quia uenti et mare
obediunt ei. Dom. v. Ad colosenses.

Fratres. Induite uos sicut electi dei. sancti.
et dilecti. uiscera miscedie. benignitatem.
humilitatem. modestiam. pacientiam. subportan-
tes inuicem. et donantes uobis metipsis. si quis
aduersus aliquem habet querelam. Sicut et do-
minus donauit uobis. ita et uos. Super om-
nia autem hec caritatem habentes. quod est uincu-
lum perfectionis. Et pax xpi exultet in cordibus